

- 6086 VII 4 apud Asculum in Castellano rep. [a. 1877 empta a mus. Asc. n. 2240]. Pendet 45 gr.  
 5 [Asculi apud Venturinium aurificem, ubi a. 1877 vidi.]  
 6 [Neapoli in museo n. 70 = 175.] Pendet 47,5 gr.

FIR

- 1 Descripsi: FIR. — Ed. De Minicis t. II n. 6 sed litteris vulgaribus, p. 202 et 206 (inde Fabretti Corp. n. 2681 bis a et cum imagine in Glossario ad v. *Firmum* p. 483); De Minicis *iscr. fermane* 1857 p. 236 n. 870.  
 2 Ed. Bernia in Aldovrandi musaeo metall. 1643 p. 176 ligno minus accurate incisam. Addit Bernia alterius glandis imaginem cum tali vestigio t. De quibus quemadmodum rettulerint Rubbius Miniciusque, supra notavi ad n. VI.  
 3 Descripsi.  
 4 Descripsi: FIR.  
 5 Descripsi: FIR. Sincera esse potest. Cf. ad falsas 734\*.  
 6 Descripsi. — Ed. Fiorelli *Catalogo* p. 44.

De interpretatione vide ad praecedentem.

- IX [vol. I n. 649. 650] 1 Asculi ante LX fere annos ad portam Romanam rep. esse dicitur [in museo Ascul. erat certe iam anno 1866; n. 90, 2]. Pendet 64 gr.  
 2 in Castellano rep. [ex anno 1872 in mus. Ascul. n. 1402]. Pendet 58 gr.  
 3 in Castellano rep. [inde ab a. 1872 in mus. Ascul. n. 1444]. Pendet 73 gr.  
 4 in Castellano rep. [inde ab a. 1872 in mus. Ascul. n. 1424]. Pendet 64 gr.  
 5 [mus. Asc. a. 1872 n. 1450.] Pendet 65 gr.  
 6 [mus. Asc. a. 1872 n. 1451.] Pendet 69 gr.  
 7 Asculi rep. [mus. Asc. a. 1872 n. 1519]. Pendet 60 gr.  
 8 in Castellano rep. [mus. Asc. a. 1873 n. 1644]. Pendet 60 gr.  
 9 in Castellano rep. [mus. Asc. a. 1874 n. 1819]. Pendet 65 gr.  
 10 in Castellano rep. [mus. Asc. inter 10 Oct. 1870 et Febr. 1871 n. 1031]. Pendet 79 gr.  
 11 [Asculi apud Venturinium aurificem.]  
 12 [Asculi apud Venturinium aurificem.] In terra repertam esse docet robigo alba.  
 13 [Romae in museo Kircheriano n. 202]. Hanc inscriptionem ut aliam (ROMA, est falsa 664\*) *lungo le ripe del Tronto* rep. esse ait MINIC. p. 203. *Inscriptiones ROMA* (664\*), AM... (Perusina ut vid. et male lecta), haec n. 13, FERI .. MAW (682\*) extare in mus. Kircher., mus. Asculano, apud Surrichium, Minicum (= 682\* ut vid.), alibi dicuntur ab MINICO ibidem. Kircherianae [i. e. n. 202] ignorari originem testatur MINICVS p. 204.  
 14 Asculi reperta GARR. [Romae in museo Kircheriano n. 232].  
 15 [Neapoli in museo n. 13 = 203.] Pendet 68,5 gr.; robigine alba tecta est.  
 16 [Neapoli in museo n. 14 = 204.] Pendet 70,5 gr.  
 17 [Neapoli in museo n. 15 = 205.] Pendet 67 gr.  
 18 von Ascoli FRIED. [Roma accepit museum Berolinense n. 1129 = 3520 FRIED.]. — Pendet 73 gr.

- 1 Descripsi; in aversa parte: ROMP.  
 2 Descripsi: FERI ROMP ubi prior R ut plerumque litterae O adhaeret et altera R paulum inclinata est ad dextram.  
 3 Descripsi; in aversa parte: ROMP. Ultimae litterae in hac et sequenti vestigia talia sunt, ut a legere induci possit.  
 4 Descripsi; in av. parte: ROMP.

- 6086 VIII 1 rep. a. 1877 Corropoli in *contrada Petinaro* [eodemque anno empta a museo Asculano n. 2194]. Pendet 46 gr. Obducta est robigine gilva.  
 2 rep. Corropoli [inter a. 1875 et Febr. 1877 venit in mus. Ascul. n. 2074, ab hoc a. 1877 donata museo Berolinensi n. 7328]. Pendet 47 gr. Obducta est robigine gilva, inscriptio ex eadem plane forma provenit atque n. 1.  
 3 [apud Garruccium an apud marchionem Strozzi Florentinum?]



4. 2 Descripsi; 1 supra exhibui.


- 3 Garrucci Sylloge p. 266.

Quartum fortasse exemplar extare supra ad n. VI 25 dixi.

*Fer.* — Quid significet plane incertum est. De *fer(i)* propterea cogitari vix licet, quod hoc in glandibus non reperitur nisi adjuncto accusativo; vide ad n. IX. — Mommensus fieri posse arbitratur, ut FIR in illa forma (ex qua n. 1 et n. 2, fortasse n. 3 quoque provenerunt) errore scriptum fuerit pro FIR; litteram E enim in nulla alia glande hoc non expressam esse.

- 19 [olim apud Pulszkyum, inde ab 20 mai. 1868 in museo Britannico n. 36]. Pendet 59,5 gr.  
 20 [diu iam Vindobonae in museo Caesareo].  
 21 *proveniente da Ascoli.*  
 22 [Velletri, museo Borgiano.]  
 23 in Piceno reperta DELFINO p. 9.  
 24 Asculi reperta [‘Romae vidi apud Lancellottum de Lancellottis patricium Asculanum’ GALTH.].  
 25. 26 [sine loco.]  
 27 Asculi rep. [‘Romae vidi apud Lancellottum de Lancellottis patricium Asculanum’].  
 28 [apud Caylusium.]  
 29. 30 [sine loco].

FERI X ROMP



- 5 Descripsi: FERI (ROMP).

- 6 Descripsi et supra exhibui.

- 7 Descripsi; in av. parte: ROMP. Ex exemplaris similiter laesi falsa lectione nata est inscriptio COMA (Minicis t. II 3), inde saepe repetita a falsario ac denique a Bergkio Schl. p. 81 sq. non sine doctrina male collocata *comatus* vel similiter explicanti. — Cf. ad n. 13 et 15.

## 6086 IX 8 Descripsi: FERI || ROMP.

- 9 Descripsi: FERI || ROMP. — Unam ex his musei Asculani ed. Gabrielli *il palazzo comunale* 1874 p. 18 ligno incisam.
- 10 Descripsi: εν (incerta, sed FERI fuisse possunt) || ROMP. Altera r dextorsus inclinata et sic corrupta est, ut nunc A esse videri possit. Diversa a ceteris huius inscriptionis exemplaribus forma est; sed de sinceritate eius non dubitavi.
- 11 Descripsi 13 Sept. 1877: FERI || ROMP.
- 12 Descripsi. FERI || ROMP. (corrosa).
- 13 Descripsi; in av. parte: ROMP. — Hanc opinor exhibet De Minicis t. II 3, p. 202—204 male, Marchius delineavit Ritschelio t. VIII 7, Ruggiero *catal.* n. 202, qui omnes non recte ROMA (sic fere COMA Min.) sibi visi sunt legere; Garrucci Syll. n. 940.
- 14 Descripsi; aversa pars inlidendo laesa est, sed oculo satis intento etiam nunc clare apparent litterarum RO vestigia haec: ROMP. — Nil praeter FERI exhibit Garrucci Syll. n. 939 et Ruggiero n. 232. Cf. infra n. 29.
- 15 Descripsi et supra exhibui. — Ed. Fiorelli *Catal.* p. 44. — Hac aut simili induci potuerunt ad falsas lectiones ROMA, COMA, fortasse etiam ad TOMR.
- 16 Descripsi et supra ex ectypo exhibui. — Fiorelli *Catal.* p. 44.
- 17 Descripsi (ROMP). — Fiorelli *Catal.* p. 44. Cf. Garrucci Syll. n. 940.
- 18 Descripsi et supra exhibui. — Mommsenus in schedis; Friederichs *Berlins Bildwerke* II p. 241 n. 1129.
- 19 Descripsi: FERI || RO. n.
- 20 E. von Sacken exemplum a se optime delineatum misit. — Mommsen Corp. I n. 650 quocum communicavit Otto Jahn; Vischer *epigr. Kleinigk.* 1874 p. 9 = *Schriften* II p. 271.
- 21 Brunn *Bull. dell' Inst.* 1864 p. 82 sq.
- 22 Catal. musei Borgiani a. 1814 ed. in *Documenti ined.* I (1878) p. 305; ex eodem ut vid. Catalogo ms. (*'descrizione del Museo Borgiano'*) Cardinali *iscrizione inedita* 1819 n. 485 (inde Orelli 4932) male sic: ROMA FERI.
- 23 Delfico in tabula, cf. p. 8 et 9. Legit p. 8: ROMA || FERI, quamquam in ipsius imagine (fere tali: ROMP) superior ultimae litterae pars r potius litterae quam A est. Delfici error et ab editoribus et a falsariis receptus est, postremo a Garruccio Syll. n. 942, qui aliud licet minus plenum exemplar vidisse se ait Neapoli apud negotiatorem antiquarium, neque possessoris nomen addens neque in duobus glandis lateribus scripta esse indicans. Ceterum ipsi illi ductus, quales et ipse ex Delfico repetit, bene admittunt lectionem ROMP, non admittunt ROMA.
- 24 Gualtherus Sicil. tab. ed. Mess. 1624/25 comm. p. 26 = Thesaur. Sicil. VI 381: FERI POMPEIVM tacite soluto nominis compendio (inde De Minicis tab. II n. 28 litt. vulgaribus, p. 202 et 216).
- 25 Faber in Ursini *Imagines* (Antv. 1606) p. 67 ad Cn. Pompeii Magni imaginem: FERI POMPÆ (ex versione Baudelotiana p. 104 memorat Caylus *recueil* II p. 327 et ex hoc Alessi *lettera* 1815 p. 25: *frappe Pompee*, quo male usus est Minicus p. 216). Faber quidem ad Pompeium Magnum bellumque Pharsalicum refert, at is, qui illud POMPÆ finxit, fortasse de Pompaedio cogitavit.
- 26 De Minicis t. II n. 71: FERI || TOMR (inde Ritschl IX [7]) quae haud dubie ex glande male habita male transcripta sunt; praeterea neglegenter duos versus uni lateri tribuit. Cf. ad n. 15 et 23.
- 27 Gualtherus Sicil. tab. comm. p. 26 = Thesaur. Sicil. VI 381: FERI (om. ROMP).
- 28 Caylus *recueil* II p. 334 sq., tab. XCIII 3 litteris vulgaribus (inde Rubbi *dizionario* s. v. *glans* et Alessi *lettera* 1815 p. 25): FERI (om. ROMP).
- 29 De Minicis t. II n. 14, p. 202 et 210 (inde Ritschl tab. VIII 5): FERI (om. ROMP), fortasse ex glande n. 14.
- 30 Rubbi *dizionario* 1796 s. v. *glans* Lanzii testimonio nescio unde sumpto usus (inde Alessi *lettera* 1815 p. 24 et De Minicis p. 202 et 209, tab. II 12 litt. vulgaribus): POMPEI, scilicet male lecto pro POMP et omissio FERI.

feri Pomp(eium) i. e. Pompeium Strabonem, nam ad hunc, Asculi obsoessorem, glandem referendam esse satis probabile est.

Haec vera est inscriptio, genuinis integrisque exemplaribus, quaecumque examinavi, sola testata; varietates quotquot circumferuntur (de quarum fide recte iam dubitaverat Mommsen vol. I n. 650) omnes aut a mala lectione aut a falsariorum fraude repetendae sunt. Velut, ut haec praeter cetera commemorem, FERI in integris genuinisque glandibus non reperitur nisi adiuncto accusativo, tametsi potuisse solum ponit per se patet et Plutarchi (Marcello 8) testimonio comprobatum est: ἐν ταῖς μάχαις, ὅταν διώχωσι τοὺς πολεμίους, πυκνὸν τὸ φέρι, τούτους παῖς, παρεγγυῶσιν ἀλλήλοις. — Deinde ROMA cum FERI coniunctum falsae lectioni, ROMA nude positum illi falsario debetur, qui fixit glandem Kircherianam n. 201 (v. n. 664\*). Sunt autem eae varietates hae, quas subieci:

I male lectae aut (4. 5) tacite suppletiae:

- 1) FERI — ROMA Catal. Borg., Delfico, alii (22. 23)
- 2) FERI — COMA Minicis (13)
- 3) FERI  
TOMR Minicis (26)
- 4) FERI POMPÆ Faber (25)
- 5) FERI POMPEIVM Gualtherus (24)

II exceptae sive recte sive (2) male ex mutilis defectu non notato:


- 1) FERI 27—29, cf. ad 14
- 2) POMPEI 30

III spuriae antiquiores:

- 1) FERI MAG Minicis n. 4 (v. falsam n. 682\*)
- 2) ROMA Minicis n. 4 (v. n. 664\*)

IV cuses a falsario Asculano, quarum inscriptiones ex supra scriptis I—III repetitae sunt. Eas vide suo loco.

6586 X Asculi in alveo Castellani rep. 10 Sept. 1877 me et Julio Gabriello adstantibus [nunc municipii Asculani beneficio in museo Berolinensi n. 7327]. Pendet 39 gr.



Descripsi et delineavi. Gabriellius et ego edidimus *Bull. dell' Inst.* 1877 p. 175.

Glande nuper denuo etiam atque etiam examinata lectionem reperi supra repraesentatam; in b prima et tertia littera, quae forma cursiva sunt exaratae, ambiguae sunt lectionis. Sicut in Perusinis quibusdam glandibus (inter Asculanas haec sola est in quattuor lateribus inscripta), ita in hac fortasse quattuor versus βουστροφηδόν legendi sunt ordine supra indicato, ut tamen in d exaratum sit ΕΕΒ pro FER. Hoc secutus temptavi interpretationem hanc: fer — sal(utem) — Pom(peio) — [f]er; imperativo fer in versu d cum vi iterato. Salutem ferre habetur ex gr. apud Ovidium epist. 18, 1: *Mittit Abydenus, quam vellet ferre, salutem*, cf. Gronovius diatr. in Statium cap. 45. Potest autem fieri, ut adversa cum aversa parte bis coniungenda sit in hunc modum a: ΡΕΒ || ΕΩΒ et d: ΕΕΒ || b: ΣΛΣ (= ΓΛΣ?) i. e. fortasse fer(i) Pompeium; fer(i) Lus.... (an Sulpicius?).

Garruccius *Civilità cattol.* X 5 (1878) p. 729 glandis huius et n. XVIII, quas non vidit, fidem in suspicionem vocare tectius conatus est; id